





Tractatus de contractibus in cisti nomine fe-  
liciter incipit.

**D**ilauit venerande pater beniuolencie vestre:  
vt aliqua colligerem compendiose ex dictis  
doctorum de materia contractuum An videlicet  
liceret redditus pecuniarios emere cum pacto vel gra-  
tia redemptionis. Et si sic. an iam liceret aliter sentie  
quod modo habet usus fidelium communis. preterea postquam  
aplica sedes ipsum approbavit. Tetigistis etiam. quod sunt  
nonnulli religiosi qui adhuc scrupulosi videntur esse  
in huiusmodi. et alij quidam simplices. qui preterea  
ignorantie hinc inde vacillant. nescientes quibus potius  
adherere debeant. Et ergo hijs aliquid utilitatis con-  
ferri possit. libens obtemperavi mandatis vestris. semper  
saluo saniori cuiuscumque melius sentientis iudicio. et  
precipue paternitatis vre prestantissime in gratissime.

De pauore quorundam circa hanc materiam.

Non pua trepidacio fuit ante tempora quorundam  
de materia contractuum. et varias inquietudines ac dif-  
ficultates suscitauerunt prelati ecclesie et alijs bonis  
viris superuacue. Dixerunt namque. quod non liceret emere  
redditus pecuniarios cum gratia redemptionis. propter  
plures causas hic non replicandas causa breuitatis.  
Triplex probatur istud superuacuum fuisse.

Primo propter bonam et laudabilem consuetudinem  
ante nos et patres nostros introductam. et hactenus



continuatam. que vim legis habet: ut est clarius te-  
nus in decretis. dis. xij. c. scilicet sc̄a romana ecclesia. et  
c. consuetudo. a deinceps cū ibi notatis. Quod autem ista  
consuetudo sic prescripta sit valida honesta et licita:  
ex sequentibus patet.

**S**ecundo propter dicta eximiorū doctorum plurimorum.  
et aliorum probatorum virorum deum timentium.  
qui hanc materiam propter scrupulositates quo-  
rūdam minus ipsam intelligentium diligenter elu-  
cidarunt: et hanc consuetudinem suis scriptis ap-  
probauerunt. Sunt de hoc tractatus plures. item sa-  
pientes idem attestantes et probantes. Et prefer-  
tum in sacro consilio constantiensi quatuordecim do-  
ctores tam in theologia quā in iure se subscripserunt  
vnanimiter: inter quos fuerūt duo illi magni viri.  
scilicet dominus petrus cameraensis cardinalis. et  
dominus iohannes gerson cancellarius parisiensis.  
Et ut tertium addamus dominus theodericus de  
monasterio. in ciuitate studij coloniensis. Et alij viri  
gloriosi ac sancte vite et probate consciende: de qui-  
bus infra dicetur.

**T**ercio propter sedis apostolice approbationem. Nam  
duo summi pontifices. scilicet martinus. v. et calixtus  
tercius confirmauerunt huiusmodi formam emen-  
di redditus pecuniales dato iusto precio cum gra-  
tia redemptionis. tanquā iuri diuino et naturali cōsonā.  
Etiam decreta ipsorum habentur legitime publicata:

et ab ecclesia sine contradictione recepta. Que hic se-  
cuntur in hac forma de verbo ad verbum fideliter tras-  
sumpta.

Bulla martini. v. papa. de confirmacione contractuum  
cum conditione reuenditionis.

**M**artinus seruus seruorum dei. venerabilibus  
fratribus treuezueñs et lubicenēsis ac almi-  
cenensis episcopis. Salutem et apostolicam benedicti-  
onem. Hodie siquidem lras nostras concessim⁹ tenorez  
qui sequitur continentes. Martinus episcopus ser-  
uus seruorum dei. Ad futuram rei memoriam. Regimi-  
ni vniuersalis ecclesie q̄q̄ immeriti disponente do-  
mino presidentes. curis angimur assiduis? ut iux-  
ta credite nobis dispensacionis officium subditorum  
quozumlibet paci et quieti quatum nobis ex alto co-  
cediur intendamus. et dubia que inter eos oriun-  
tur pro tempore. ne litis anfractuum seu scandalo-  
rum parturiant fomentum. nostro moderamine de-  
clarentur. Sane petitio dilectorum filioz vniuer-  
sorum cleri. nobiliuz. incolaru et habitatoru ciuitatis  
et diocesis vtratislauenensis nobis exhibita contine-  
bat. Quod licet a centum annis circa et supra et a ta-  
to tempore et per tantu temp⁹ cuius p̄trarij memoria  
non existit. in eisdem ciuitate et diocesi. ac partibus  
alijs vicinis quedaz cofuetudo racōnabilis obserua-  
ta et prescripta ac moribus vtenciuz approbata ad  
comune hominu vtilitatem introducta fuisset. pro

quibus princeps baro miles ciuis siue opidatus p  
tium earūdem cum hoc expedire videbatur melius p  
tunc non valentes consulere p̄sone ecclesiastice aut  
seculari collegio aut vniuersitati opido vel ciuitati su  
per bonis suis dominijs opidis terris agris predijs  
domibus et hereditatibus. vendere consuevit et ven  
didit annuos census vnius vel plurium marcarū  
aut grossorum pragens̄ nūmpolomeia pagamenti  
consueti ad rationē. a pro qualibet marca annui cē  
sus .decem. vndecim. tredecim aut quatuordecā mar  
ce aut plus vel minus s̄m temporis qualitatem. pio  
ut ipsi contrahentes tunc inter se conuenerant ipsi  
venditori tunc integraliter in pecunia numerata  
solui consueuerant. bonis in ipso contractu tunc ex  
pressis pro ipsius census annui exsolutione in per  
petuum obligatis. et semper in ipsis contractibus  
expresse ipsis venditoribus data fuit facultas ac  
qz gracia q̄ ipsum annum censum in toto vel in  
parte pro eadem summa denariorum quā ab ipsis  
emptoribus receperunt quando cumqz vellent libe  
re absqz alicuius requisitione contradictione vel al  
sensu possent extinguere et redimere ac se ab ip  
suis census solutione ex tunc penitus liberare. Sed  
ad hoc huiusmodi census venditores inuicti nequa  
q̄ per emptores artari vel astringi valerent. etiam  
ipsis possessionibus in bonis obligatis penitus inte  
remptis seu destructis. fuit et est talis contractus

emtionis et vendicōis p̄ episcopos vr̄atislamiens̄is p̄  
tempore existentes et eoruz̄ officiales nec non per di  
uersos dominos temporales locorum ⁊ terrarū in q̄  
bus census huiusmodi cōstituti existunt tanq̄ lic  
tus ⁊ cōmuni vtilitati deseruiens sepius cōfirmatus  
p̄iter et approbatus. Quodq; eciā super huiusmodi  
censibus plurima beneficia ecclesiastica collegia ca  
nonicatus et p̄te n̄de dignitates personatus et of  
ficia vicarie altaria numero plusq̄ duo milia de ex  
presso cōsensu et voluntate dominorum temporalium  
quorum territorijs dicta bona obligata cōsistunt  
erecta dotata ⁊ fundata autenticijs eorūdem dñā  
rum temporalium lās sigillis sigillatis et roboratis fo  
re nosantur. Q̄q; eciā venditores eorūdem se nō  
nūq̄ ad ipsorum censuum solucōnem p̄mis et cen  
suis ecclesiasticis ordinariorum locorū sponte et li  
tere se submiserunt: sicuti eciā aliqui eorum tra  
ctu temporis cōpulsi fuerūt et cōpelli consueuerunt.  
Tamen nonnulli ex venditoribus ipsis in arcū pra  
uum cōuersi cupientes euz̄ alterius pecunia locuple  
tari huiusmodi census nunc vsq; per alios litere et  
absq; vlla contradictione solutos eisdem emptori  
b⁹ t̄ ecclesiasticis q̄ secularibus soluere contra di  
cunt et recusant: cōfingentes huiusmodi emtionis  
et vendicōnis cōtract⁹ fore ⁊ esse vsurarios ⁊ illicitos:  
ips̄s emptores ecclesiasticos ⁊ seculares nec nō colle  
gia canonicatus ⁊ p̄tendas dignitatus p̄sonatus ⁊

officia vicarias ⁊ altaria ac beneficia. huiusmodi ip-  
forum annuorum censuum spoliant perceptione ⁊  
detinent spoliatoꝝ. in animarū suarū periculū emp-  
torum preiudiciū. damnū et grauamen. Et ppter  
rea an cōtractus emptio. ⁊ venditio. huiusmodi liciti  
existent. a nōnullis hesitatur. Quare p pte eorūdeꝝ  
cleri. nobilium. incolarum et habitatorum ciuitatis  
et dioecesis vratislaniē. nobis humiliter supplicatū  
fuit. An cōtractus huiusmodi liciti vel illiciti censei  
debeant declarare. et vel alias eis in premissis opor-  
tune puidere de benignitate apostolica digna remur.  
**R**os igitur huiusmodi supplicationibus indinatū. q̄  
eciam ex relatione dilecti filij nostri guillermi tūuli  
sancti marci presbiteri cardinalis. cui negociūz hu-  
iusmodi cum pitorum consilio cōmissimus examinan-  
dum. comperimus cōtractus huiusmodi iuridicos. et  
iuxta determinacionē doctorum licitos fore. Ad hu-  
iusmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in p̄-  
missis. venditores ad illoꝝ solucōnes. remoto con-  
traditionis obstaculo obligati auctoritate apostoli-  
ca tenore presencium ex certa sciencia declaramus.  
non obstantibus premissis ceterisq; contrarijs qui-  
buscumq;. **N**ulli ergo omnino hominū liceat hanc  
paginam nostre declaracionis infringere. vel ei au-  
su temerario contraire. **S**i quis autem itc. Datum  
rome apud sanctos apostolos. vi. nonas July. ponti-  
ficatus nostri anno. viij. Volentes itaq; qd predicta

littere nostre debitum sordiantur effectum. fraterni-  
tati vestre per apostolica scripta mandamus. quatenus  
vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu  
alios prefatis emptoribus in premissis oportuni fa-  
uoris presidium efficaciter impendentes. dictasque li-  
teras ubi quando et quociens expedire videritis au-  
toritate nostra sollemniter publicantes. faciatisque  
eandem auctoritate eisdem emptoribus vel ipsorum p-  
curatoribus eorum nominibus per venditores seu de-  
bitores censuum huiusmodi de prefatis censibus iux-  
ta contractuum et conventionum inter ipsos habito-  
rum formam et tenorem plenam et debitam satisfactio-  
nem impendi. Contradictores per censuram ecclesi-  
asticam appellatione postposita compescendo. Non  
obstante si aliquibus communiter vel diuisim a sede  
apostolica sit indultum quod interdicti suspendi vel exco-  
municari non possint per litteras apostolicas non fa-  
cientes plenam et expressam de verbo ad verbum de  
indulto huiusmodi mentionem. Datum ut supra.

Bulla caxti. iij. in qua declaratur emp-  
tionem et venditionem litam fore iuxta  
constitucionem martini pape. v.

**R**alixtus episcopus seruus seruorum dei. a. c.  
Ad perpetuam rei memoriam. Regimini vni-  
uersalis ecclesie quod quod immeriti disponente domino presi-  
dentes. curis angimur assiduis. ut iuxta nobis cre-  
dite dispensacionis officium subditoium quozubitet

pacis et quieti quantum nobis ex alto conceditur inten-  
damus. Et dubia que inter eos oriuntur pro tpe ne-  
litiu anfractus exinde seu scandala proueniant p-  
ut iusticia persuaseric declaracionis nostre ministe-  
rio sopiantur. Sane pro parte venerabilis fratris  
nostri iohannis episcopi mesburgensis nobis nuper  
exhibita peticio continebat. Quod licet a tanto tempore  
cuius contrarij memoria non existit in diuersis alma-  
nie partibus pro comunu hominu utilitate inter habi-  
tatores et incolas partiu eorumdem talis ioleuerit  
hactenusqz obseruata fuit legitime prescripta ac mo-  
ribus vrentium et eciam ordinariorum permissione  
et plerunqz expressa ratificacione approbata consue-  
tudo. Quod ipsi habitatores et incole sine illi ex eis qui-  
bus id pro suis statu et indemnitatibus expedire vi-  
sum fuerit super eorum bonis terris domibus agris  
predijs possessionibus et hereditatibus annuos mar-  
catum florenorum seu grossorum monete in parti-  
bus illis currentis redditus seu census vendentes p-  
singulis ex marcis florenis seu grossis huiusmodi  
ab eis qui illas vel illos siue redditus siue census  
ipso emerint certuz competens precium numerata  
pecunia hinc tempus qualitatem pro ut ipsi venden-  
tes et ementes in contractibus super hijs inter se  
firmauerunt et recipere soliti fuere illa ex bonis do-  
mibus terris agris predijs possessionibus et heredi-  
tatibus predictis que in huiusmodi contractibus

expressi fuerunt. predictorum solutionem reddituum  
et censuum efficaciter obligantes in illorum fau-  
orem. hoc adiecto. qd ipsi pro rata qua huiusmodi per  
eos recepta dictis ementibus restituerunt in toto vel  
in parte pecuniam a solutione reddituum seu censu-  
um huiusmodi restitutas pecuniam contingentium li-  
beri forent penitus et immunes. Sed idem ementes  
etiam si bona domus terre agri predia possessiones  
et hereditates huiusmodi processu temporis ad om-  
nimode destructionis siue desolationis reduceren-  
tur opprobrium pecuniam ipsam etiam agendo repe-  
tere non valerent. Apud aliquos tamen hesitatio-  
nis versatur scrupulus. an huiusmodi contractus li-  
citi sint censendi. Unde nonnulli usurarios illos fo-  
re pretendentes occasionem querunt redditis et ce-  
sus huiusmodi ab eis debitis non soluendi. Quare  
pro parte episcopii cleri predictorum asserencium qd  
in talibus sic emptis censibus et redditibus fructus  
redditis et proventus plurium ecclesiarum mona-  
steriorum et hospitalium et ecclesiasticorum benefici-  
um ciuitatis et diocesis ac partium predictarum necnon fe-  
re omnes quotidiane distributiones que in plerisque  
ecclesiis ex ipsis diuinis interessantibus ministrari so-  
lent consistere noscuntur. Nobis fuit humiliter supplicatum. ut  
sup hijs aplice declaracionis oraculum iptiri et adice pa-  
terna dilectione curarem. Nos igitur huiusmodi in hac p-  
te supplicacionibus inclinati et factis ex commissione felicis



plenam debitam satisfactionem impendi. **C**ontradictores autem. Non obstante si aliquibus communiter vel diuisim a sede apostolica indulgentiam existat quod interdicti suspendi vel excommunicari non possint. per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. **D**atum vti.

**Q**uod non sit licitum iam contrarium sentire.  
**Q**uia ergo decreta summorum pontificum sunt cum omni veneratione suscepta et suscipienda. ut in c. sic omnes a. c. cum vero. et c. nulli fas. dist. xix. Patet quod post huiusmodi sollemnem decisionem apostolice sedis nulli licet aliter sentire. aut in dubium euocare quod semel suprema auctoritate ecclesie diffinitum est. **Q**ui vero contrarium pertinaciter dicere aut facere temptaret. secundum sanctum Iacobum beatus Gregorius. locum deinceps inter sacerdotes non habere. sed eritoris a sancto ministerio. ut in c. nulli fas. pag. 10. Et sunt plures formidabiles pene sancte contra tales. **U**tque autem.

**Q**uod non est curandum de scandalo discolorum.  
**S**unt nonnulli qui nimis scrupulose mouent ad quorundam verba oblocutoria que religiosos rodunt et eos velut usurarios iudicant propter sepe dictos contra. sed hi sunt auisandi ne nimium perturbentur. quia tales non sunt pernicii sed malitiosi aut vaniloqui. qui post sufficientem in forma dei nolunt contentari. secundum illud saluatoris **M**atth. xv. **S**imite illos. ceteri sunt et duces cecorum. id est voluntarie intelligere nolunt. secundum thomam. 2. 2. q. 83.

**C**onclusio sufficiens ad positam.

Concluditur ergo sufficienter. qd hec prefata con-  
suetudo semp licita racōnabilis et bona fuit: q̄n-  
quē contradictores habuerit: a quibus nec articuli fidei  
immunes fuerit quos omnes taliter de coctos scim⁹.  
Patet istud: qd alias tam valentes viri. scē et timora-  
te vite primū. de post aplica sedes ipsaz nō approbas-  
set. hanc iam certissime auisati sumus. Insup fm re-  
gulā iuris qd ab initio nō subsisteret tractu tēporis  
nō cōualesceret. neq; approbatū fuisset: fm qd nota-  
tur in ca. prauus vsus dis. xi. et ca. cōsequē. et ca. cō-  
suetudinis vsus. cū similib⁹. Ultra hec ampliorē cer-  
titudinem querē inuile est et immoralē. qd regulaz  
fidei excederet. fm illud apli. p̄ fidem ambulam⁹. nō  
p̄spectē. Nū olim diuus augustus cōstantin⁹ mag-  
nus quidam obdurato erudite respondit. qui irracō-  
nabiliter dicta patrum contempserat. dicēs eidem. Sca-  
lam pone. et in celū ascende. ut securus fias.

**Q**uod religiosus expedit hys simpliciter acquiescē  
Saluo iudicio semp saniori. expedit religiosus p-  
sonis in hys pmanere sicut secularib⁹. nec seminae  
ocasio nē discidij in xpianitate: ne alicui deur occa-  
sio deuo vacillandi aut dubie cogitandi de auctori-  
tate apostolice sedis. qd apud dñm apostolicā sa-  
crū collegiū esset non modice offēhuū. et etiā aīarū  
periculū. qm̄ in hys et similib⁹ post tantorū virorum  
determinationem et apostolice sedis approbationem

adhuc videtur esse incertitudo moralis: et presertim  
apud simplices. qui faciliter propter inopiam iratu-  
re ubi trepidant timore ubi non est timor. **F**aciunt enim  
nonnunquam sibi conscientiam erroneam: peccantes sic ex er-  
rore ubi alias peccatum non esset. dicente apostolo. **B**eatus  
quis qui non iudicat semetipsum in eo quod probat: quia  
si iudicauerit se peccata tamen faceret damnatus  
est. i. pro illa vice mortaliter peccaret. licet alias non  
peccaret. primo nonnunquam opus bonum faceret aut ali-  
quod aliud ex suo genere indifferens. sicut thomas prima sede.  
q. 19. **E**t hoc valde tenentur prelati attendere: ne  
dent occasionem scandalizandi et ruine infirmis fratribus:  
quos etiam velut columne sustentant et releuare tenent  
ac pascere verborum exemplo.

**Q**uidem potest sumi ex preteritis auisamentis.  
**Q**uia etiam iam pluries repertum est. quod propter  
quidam multipliciter errauerunt in hijs. et duri prima-  
nentes multa damna suscitauerunt religionis domibus:  
ideo cauendum est. ne rursum detur occasio talibus. qui  
nonnunquam faciliter suscitatur sed non eorum facilitate compla-  
natur: sicut crebro experimentum est. **V**arie enim antiquo ho-  
stis tellat ut beatus Hieronimus ait: et ibi occasionem  
accipit insidiandi. ubi materiam aliquando inuenit triu-  
phandi. **P**laceat illud dictum catholici principis marci  
ami augusti adhibere. qui ait. **Q**uisquis post veritatem reperta  
aliquid ulterius discutit mediatum querit. **H**ec cum ita sint. qui  
modo illud quod huic quod licite modo illicitum est.

**D**e necessitate horum contractuum hys diebus  
Quanta sit horum contractuum necessitas hodie reli-  
giosis personis in istis provincijs pphs. non facile  
dici potest. Quonia quidē rectores ciuitatum plebicita  
faciūt contra antiquas libertates ecclesie. Nemo de  
spūalibus pmittitur aliqd de nouo emē. Data cogi-  
mur laicis iterato vendere. Bona ruralia deficiunt co-  
tidie. Si aliqua occurrūt venalia. p ut in plurimum  
aut sūt inutilia. aut sūt pācipuum feuda. vel milita-  
rium dotalia aut huiusmodi: tū quibus mercari cō-  
sit periculosum expti frequēter sum⁹. Coloni fiunt  
solito subtiliores. ⁊ si bene seruent pacta responde-  
ant pconomī nostri. Mercennarij ⁊ famuli si plus  
solito sint fideles. aut si minores mercedes recipiant  
Fratres laici si parcius viuunt. omnes in cōmuni si  
pauozibus indigem⁹ non op⁹ ē vt puidis pāb⁹ iū-  
mem⁹. Demū si principū graciā habeam⁹ vt olim⁹ si  
districta seueritas incursores ⁊ iniuriosos cohibeat.  
si larga manus fidelium deuotoꝝ omnes defect⁹ ⁊ ne-  
cessitates suppleat. in promptu est videre. Quib⁹ et  
alijs multis diligenti p̄satis. restat scdm verisimile  
cōiecturam pauide cogitandū. qd si ultra cōsuetū mo-  
rem atantur religiosi ne se iuuent modis bonis et  
honestis quib⁹ possūt. qd diuin⁹ cultus notabiliē mi-  
nuetur. ⁊ erit noua querela molestior ⁊ scrupuliosior.  
quādo seruare non possūt pmissa que uouerunt deo  
ac fundatorib⁹ et benefactoribus suis.

Consiliū notabile quorūdam

**C**epedit promde vt p omnes religiones itimetur  
desafio prefata apostolice sedis et aliorum doctorū.  
vt supra. q̄ huiusmodi contractus sint sicut et semp  
fuerunt liciti. et q̄ cum secura consciencia vniuer-  
saliter possunt se iuuare ad manutenēdū statuz spi-  
rituales. qui sine temporalibus non subistit. Ita fi-  
et vt obcludatur os loquētū iniqua aut fatua. quā-  
do generaliter et vbiq; promulgatur quod rite et vti-  
liter sancita. m et approbatum est. ad dei gloriam et  
lucrum animarum. Ipso eodem auxiliante. cui est  
omnis honor et imperium per infinita secula. Amē.

Deq̄ declaracio doctorū in forma de vbo ad vbu  
**E**x supabundanti secuntur hic eciam doctorum  
quatuordecim in sacro consilio cōstanfienfi. circa an-  
nos domini. M. cccc. xvi. de quibus supra mētio fa-  
cta est.

Casus in terminis talis est.

**Q**uedam domus religiose quarum fratres non  
mendicant emerunt pensiones annuas pretuas ip-  
sis oportunas pro sustentacōne fratru suoz. de cer-  
tis ciuitatibus opidis et cōmunitatib⁹. p quibus ex-  
psuect uistū p̄ciū fm estimacōnez et cursum locoz  
illoz in quibus emebant. scilicet psoluendo. aliquā-  
do. xxiiij. florenos pro pensione vnius floreni i vno  
loco. aliquādo semiuigintitres in alijs locis. vel ad

b t

minus .xx. florenos reditoribus pdictis: dando gra-  
ciam vt ipsas pensiones p eodez precio reme possēt  
Queritur an tales contractus sint liciti: a ab usura  
a lieni.

**R**esponso dñi. H. de duren doctoris eximij.  
Doctores vtriusqz iuris cōmuniter dicūt et tenēt.  
qz cōtractus emptionis et vendicōnis sub forma pre-  
scripta vel simili factus est licitus a a iure permissus.  
quādo iustū precium in ipso contractu interuenit: et  
nichil ultra summā receptā soluitur cum vendicō p  
scindatur. Quibus doctoribus ego hincicus de duren  
aduocatus in curia coloniensi consentio in hac pre-  
In cuius rei testimoniū. signetū meū pñtib⁹ impressi

**H**incicus stychger de bonna decretorū doctor.  
Predictis assentio ego hincicus stychger de bon-  
na decretorum doctor: dummodo ppter appositionem  
dicti pacti de reuendendo pro eodem pretio nō sit so-  
lutum minus iusto precio s̄m cōmunē a solitam illi  
us patrie vel loci consuetudinē absqz dicti pacti ap-  
pōsitione estimato: pro vt ego ex certis informatiōni-  
bus p me receptis certius credo prescriptū cōtractū  
pcessisse ac celebratū fore. Hec sub mei soliti signe-  
tū impressione attestor.

**J**ohannes vurborch.  
Et ego iohannes vurborch decretorū doctor confi-  
miter vt pmittitur dico a sentio. In cuius testimo-  
niū me subscripsi a signetū meum apposui.

Johannes de nouo lapide legum doctor.

Decisioni predictorum doctorum ego iohannes de nouo lapide legum doctor adhero. Dicta enim venditio ex subalibus consistit requisitis de quibus in l. i. ff. de contrahē. emp. et vendi. Et instit. e ti. formam recipiens ex conuentione precium. l. i. §. si conueniat. ff. de po. que forma est licita et a iure expresse permissa. l. ij. C. de pac. inter emp. et vendi. Nec premissa venditio subiacet aliquo modo suspicioni usurarie prauitatis. Nam cum propter consuetudinem contrahentium que est attendenda. l. qui semisses. §. si ff. de usu notatur in. l. vel vniuersorum cum cor ibidem all. ff. de pigne. actione. Nec etiam ratione exiguitatis precij conuenti. cum ipsum longe excedat precium legale de quo in auctoritate de non alie aut pmu. re. ecclesie. §. q. vero leonis. v. si vero aliamus. col. ij. Et etiam notabiliter transcendit precium commune solitum dari pro tali pensione. et sic nedum ex parte emptoris est iustum imo iustius iusto. l. si seruū in principio. ff. ad legē acquiliā et. l. precia rerū in principio ff. ad. l. falci. incerta. l. cū furti. ff. in lite iurādo. Preterea emptores prefati carius emisse videntur ratione pacti in fauore venditorum dumtaxat appositum quod auget precium et esse censetur. l. fundi pte. ff. de contrahen. emp. et vendi. Et in testimonium premissorum sigillum meum duci opponendum.

Johannes de ceruo legum doctor.

b 2

**Q**uē admodū domini doctores supra sentiunt. Ita  
et ego iohannes de ceruo legum doctor dicendum  
puto et assencio. videlicet q̄ contractus suprascrip-  
tus sit licitus q̄ est iure expresse p̄missus. vt in di-  
cta. l. ij. C. de pac. inter emp. et vendi. Nec obstat. c.  
ad nost̄cā extra de emp. et vendi. Vbi talis reempō-  
nis contractus in fraudē vsurarum sc̄is dicit̄. q̄ hoc  
est verum in casu illius c. sc̄z quādo contractus est  
imaginiarius et simulatus p̄ feneratorē iniustus. et ius-  
tum precīū non continens. Hic vero cōtractus emp-  
tionis est verus et liquidus iustum precīū abunde con-  
tinens. in quo nulla simulatio nulla fraus interue-  
nit. Ideo q̄ est valde licitus et p̄missus. In testimoni-  
um huius rei sigillū meū p̄sentibus appressi.

**T**heoderic⁹ de mōsterio sacre theologie p̄fessor.  
Et ego theodericus de monasteio sacre theologie  
p̄fessor colonie regēs assencio doctorib⁹ sup̄scriptis.  
q̄ p̄ciū datū ē iustum. et p̄ditio apposita cedit ī fauorē  
vendētis. et facit in dicto cōtractu fauorē seu cari-  
tatē ad proximū amplius relucere.

**J**acobus de susato sacre theologie p̄fessor.  
Et ego iacobus de susato ordinis p̄dicatorum  
sacre pagine p̄fessor ac heretice prauitatis inqui-  
sitor. assencio doctoribus supradictis. maxime auz do-  
minus innocencius super. c. in ciuitate extra de vsu-  
ris super verbo ex forma dicat. q̄ quādo ī perpenū  
emūt t̄dicit⁹. nūq̄ potest cōt̄ct⁹ eē illicit⁹. Nec grā

data venditori preiudicat contractui. Imo fortificat  
et facit eum plus iustum. Et hoc meo sub sigillo.

Johannes bau legum doctor.

**E**t ego Johannes bau legum doctor prepositus sancti  
georgij coloniensis estimo premissa consona fore di  
spohicōni iuris cōmunis. In cuius rei testimonium me  
subscripsi a sigillū propriū impressi.

Dñs p. cardinalis sacre theologie pffesor.

**E**go petrus cardinalis cameracensis credo quod ta  
les contractus sūt liciti. Dū tamen in eumentibus nō sit  
intencio vsuraria. Hoc est quod eumentes non intendāt  
quod vendentes redimant ut sic pecunias suas rehabite  
ant et ultra sortē redditus medij temporis recipiant.  
sed talis intencio vsuraria tollitur si eumentes simpli  
citer mallēt talem cōtractū facere sine cōditione quod cū  
tali cōdicōne redimendi.

Dñs iohannes gerson sacre theologie professor.

**E**go iohannes de gersonio cancellarius pisiensis idē  
teneo.

Nicolaus vordis vtriusque iuris doctor.

**E**go nicolaus vordis vtriusque iuris doctor predi  
ctum contractū affirmo: et constanter dico fore licitū  
et honestum tam de iure canonico quam civili. Propte  
rea manu mea me subscripsi.

Dominus fr. Cardinalis florentinus.

**E**go fr. Cardinalis florentinus sic sentio. quod si iste  
pensionēs essent prius cōstitute. ut quod civitas coegit



predicto casu copulavit. Cuius conclusionē finalez  
exprimit in hec verba. Ego diuus permissione diui-  
na archiepūs ianuenſ cōcludo cōtractus predictos  
ſm̄ ſtatuta eccleſie veros eſſe iuſtos licitos et hone-  
ſtos ac tenendos. nec ſapere aliquā fraude uſura ruz  
Et in testimoniuz veritatis nomen meum ppria mea  
manu huic tractatulo ſubſcripſi et ſigillo meo ſigil-  
laui.

Amillus decretorum doctor.

Et ego amillus rector eccleſie ſancti puranci vti-  
cēn̄ dioceſis decretorum doctor. preſcripte cōcluſio-  
ni tanq̄ vere aſſencio. et ſigillum meum in testimo-  
niū veritatis vna cū alijs venerabilibus viris .x. do-  
ctoribus vtriuſq; iuris. ſimiliter vna cum predicto  
domino meo archiepiſcopo et meā in iſta materia ſen-  
tientibus appendi.

Sequitur hortatio ad ſimplices

Tu ſimplex in huiusmodi tantis et tam doctis vi-  
tis ſollemnibus et in iure peritiſ. nec te moueant dca.  
quorūdam oppoſitum ſencientium. Si tamen con-  
ſcience tue contrarium eſſet nec huiusmodi poſſes  
deponere errorem. eſſet tibi tucius ab huiusmodi con-  
tractibus abſtinere. eo q̄ quidq̄ eſt contra conſci-  
entiam edificat ad gehennam.

Finit determinacio doctorū predictorum.

Hec omnia ex carta cōſcripta per copiam aū appro-  
baciones p̄fatorū ſumoz p̄tiſicū. videlicet circa ānos



possunt solliciti simus istud sibi committamus. **N**ihil  
ominus ut ego in hoc tractatulo siue collectario se-  
curior essem a alios securiores redderem. sea ipsū ex-  
animari per quatuor doctores valde sollemnes a pi-  
tos. duos in sacra theologia a duos in iure canonico.  
qui omnes vnanimiter sepe dictos contractus appro-  
bāt quasi presumptuosuz iudicant aliter velle sen-  
tire aut in contrarium statuere. **S**pero q̄ prestuz  
studia a aliorū q̄z interest dominus illuminabit cor  
da simplicium a cōsolabitur mētes timore superfluo  
fatigatas ad gloriā et laudem nominis sui et sa-  
cre religionis profectum. eo ipso prestante qui in tri-  
nitate perfecta viuit et regnat per omnia secula se-  
culorum Amen.

**Explicit tractatulus**  
**siue collectarius puulū**  
**de contractibus.**









